

- 200 Et Iacobus: *Qui*¹⁰⁸ *viderit fratrem suum necessitatem habere, et clausurit viscera sua ab eo*, et reliqua. Illis concessum est ferire suos praedatores¹⁰⁹ et compositionem ab eis exquirere, nobis dictum est: *Auferenti*¹¹⁰ *quae tua sunt, ne repetas*. Quid plura? Omnia, quae illi vindicabant, et puniebant, iustitia discipulorum Christi superabundans indulgebat et dimittebat, sicut ipse
- 205 dominus dixit: *Dimittite*¹¹¹ *et dimittetur vobis*. Et in oratione: *Dimitte*¹¹² *nobis debita nostra*. Et: *Si*¹¹³ *non dimiseritis hominibus peccata eorum, et reliqua*. Nam cum ex persona interrogantis David propheta quaereret dicens: *Domine*¹¹⁴, *quis habitabit in tabernaculo tuo?*, divinum responsum accepit: *Qui*¹¹⁵ *ingreditur sine macula*, et reliqua.
- 210 Sed cum iustitia Christianorum superabundare debet pro peccatis¹¹⁶, iniquitas et malitia supercrescit. Scriptum est enim: *Abundabit*¹¹⁷ *iniquitas*, et *refrigescet caritas multorum*, et, sicut apostolus dixit, *erunt*¹¹⁸ *homines semetipsos amantes*, et multi *discedent*¹¹⁹ *a fide, sua*¹²⁰ *quaerentes et non quae sunt Iesu Christi, servientes*¹²¹ *suo ventri, non domino*. Dum enim praecipitur, ut qui
- 215 ieiunat, *unde*¹²² *sua caro affligitur*, sicut beatus Gregorius docet, *inde caro proximi reparetur*, e contrario multi pauperes penuria famis et egestate moriuntur. Et nonnulli potentes non solum ab epulis et dignitatibus sibi parcunt, verumtamen quanto plus et maiori penuria iusto dei iudicio mundus atteritur, tanto magis se erigentes contra vim furoris eius elevant, et vio-
- 220 lenter exaggerant, ut maiores dignitates sibi suoque ventri praeparent, non memorantes de divite purpurato *cotidie*¹²³ *splendide epulante* et Lazaro paupere fame deficiente. *Esca*¹²⁴ *ventri et venter escis. Deus et hunc et hanc destru-*

¹⁰⁸) 1. Joh. 3, 17 (!).

¹⁰⁹) Vgl. Jer. 30, 16.

¹¹⁰) Luc. 6, 30.

¹¹¹) Luc. 6, 37.

¹¹²) Matth. 6, 12.

¹¹³) Matth. 6, 15.

¹¹⁴) Ps. 14, 1.

¹¹⁵) Ps. 14, 2.

¹¹⁶) Siehe oben Z. 191.

¹¹⁷) Matth. 24, 12.

¹¹⁸) 2. Tim. 3, 2.

¹¹⁹) 1. Tim. 4, 1.

¹²⁰) Phil. 2, 21.

¹²¹) Rom. 16, 18.

¹²²) Gregor d. Gr., Homil. in evang. 16, 6 (Migne, PL 76 Sp. 1138 A).

¹²³) Luc. 16, 19.

¹²⁴) 1. Cor. 6, 13.